

tabulas & eosdem circulos omnino sicut dictum est. Nec nomina, nec tabulæ, nec minuta uariantur. Et sicut processisti in præcedenti quarta ab A uersus B in punctis signandis, eodē modo procede hic à c uersus B. Et etiam scribe numerum punctorum sicut prius, scilicet, procede, tunc à B uersus c, & hoc completum est &c.

Lōgitudo ppior.		
Pun.	Gra.	Min.
0	0	0
1	2	35
2	7	12
3	11	54
4	16	56
5	21	12
6	26	20
7	31	45
8	37	15
9	43	8
10	50	0
11	57	27
12	67	33

Lōgitudo lōgior.		
Pun.	Gra.	Min.
0	0	0
1	2	33
2	7	20
3	12	16
4	17	27
5	22	35
6	28	18
7	34	25
8	40	40
9	47	25
10	55	20
11	65	40
12	90	0

Tabulam latitudinis Lunæ inuenies in Tabulis resolutis.

¶ Ecclipsim Solis inuenire.

PRIMO quære mediam coniunctionem, deinde ueram, Et ad idem tempus uerum locum Solis & Lunæ, hæc omnia scribe seorsim in Abaco, quia in sequentibus eorum indigebis. Item quære etiam argumentum uerum Solis ad uerissimam coniunctionem, qua etiam indigebis in sequentibus. Similiter argumentum uerum Lunæ ad eandem, & argumentum uerum latitudinis Lunæ. Deinde cum gradibus Solis quære æquationem dierum & noctium, quam æquationem adde ad ueram coniunctionem, & habebis ueram coniunctionem diebus æquatis. Habito autem tempore uerissimæ coniunctionis diebus æquatis, quære ad idem gradum ascendentem

e iij dentem